Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Breuiarium in psalterio - Cod. Aug. perg. 26

Hieronymus, Sophronius Eusebius

[Reichenau ?], [9. Jahrh.]

Explicit tractatus psalmorum. sancti. Hiernomi. presbiteri. numero. CL

urn:nbn:de:bsz:31-72799

Visual Library

multos decipiant. sed conligantur et stent.
Et nobiles eorum in manicis ferreis. Nobiles eo
rum uiduas inter hereticos dicere illos. Iste uir
doctus est. ille signa facit. Iste daemones eicit.
Scī dñi qui habent gladios ancipites. hoc est duo
rum capitū. et de ueteri & de nouo testamento
ligat illos magistros. et ꝑpediunt pedes ipsorū
ne possent currere. Et nobiles eorum in manicis
ferreis. Ligant non occidunt. non interficiunt
sed ligant. Uinciunt manus et captiuos ducunt
ad ectam. Uinculis ferreis catenę iste non fiunt.
nisi de testimoniis scripturarū. Dum testimoniū
iungo testimonio. siuis non rumpantur catenae.
non sint simplices. sed inde contextae. funiculus tri
plex non rumpitur. hoc aū totum quare fit. Ut
faciant in eis iudiciū conscriptum. Quod est iudi
ciū conscriptum. Ut qui primum negauerant.
dm̄ reuertantur postea post paenitentiā. iudi
cium conscriptum. ut captiuos suos saluent. ut
quos ligauerant. ut quos ad ectam duxerant.
in ecta postea dissoluant. Ut faciant in eis iudi
cium conscriptū. hoc est ut sic eos iudicent quo
modo in scripturis scīs digestum est. Gloria
haec est omnib. scīs eius. Uere gloria est. ubi est
aurum. ubi argentum. ubi gemmae. ubi uesti
mentis sericae. Quicūq. habet istos gladios. quid
habet aliud necessarium. Uide quid dicat. Glo
ria haec est omnib. scīs eius. Rogemus dm̄ ut hanc
habeamus gloriam. ut gladiū de ore nr̄i salua
toris egrediens armet nr̄as manus qui hanc rū
pheam habet. scīi gladium non timet. Rem dico
uobis nouam frequenter gladium scīi istius con
cidit illum. Gladium frequenter euenit. ut
scīi gladius donet nobis illum gladium. Si enim
istum timuerimus. illum non accipiemus. Gra
tias igitur agamus ei qui habet istum gladium
et benedicamus in scla sclorum. amen.

CL PSALMUS TERTII QUINQUAGENARII CONTINET SACRAMENTUM.

Id est quod primus ꝑ baptismum et paenitentiā
ad innocentiae nos regeneret bonum scdm post
iudicium fructū innocentiae comprehendat.
Tertius expleta diuinae ciuitatis aedificationē
et consūmata omnis scōrum spem ad aeternam
gratulationem laudationem qui nos exhor
tetur. amen.

Laudate dñm in scīs eius. Quod est post celebratū
iudicium in aeternitatis gloriae collocauit.
Laudate eū in firmamento uirtutis eius. Eo quod
omni firmitate sublata firmamentum his aeternę
uirtutis inuexerit. Laudate eum in potentatib. eius.
pro eo quod mortem inmortalitate potentialiter
consumens. Item mutabilis uitae his tribueret uite
gloriam. Quam nec oculus uidit. nec auris audiuit.
nec in cor hominis ascendit. Laudate eum scdm
multitudinē magnitudinis. Quia multifario ho
nore distinctas scilicet corporum deputat mansio
ne. sicut apostolus ait. Apud patrē meum multae
mansiones sunt. Laudate eum in sono tubae. In quo
bellū accidi uicerint conterente dño satanan sub
pedib. eorum. Laudate eum in psalteriū & cithara.
Eo quod eis uel de caelo cū legis implere praestite
rit. uel post mortificata carne quae cithara
accipitur. in se uiuificauerit. Laudate eum in
timpano et choro. In timpano quod mortificatū
corpus sit inmortalitate donatū. In choro quod
chorus sit angelicis sociatum. Laudate eum in cor
dis et organo. Quod ciborum abstinentiam retor
tis uiscerib. concupiscentiisq. euictis carnalibus
digni inuenti sunt regno dī. Ad concinnandas di
uinas laudes. Laudate eum in cimbalis bene sonan
tib. laudate eum in cimbalis bene tinnientibus.
Implet haec laus in cimbalis bene sonantibus.
Exultantibusq. eo quod corruptione carnis san
guinisq. depulsa. Conformati ad imaginem crea
toris omnē plenitudinem spei compleeam. sicut
sol resplendeant in regno dī patris omnipotentis;
Omnis sps laudet dñm. In hoc ergo regno non caro
non sanguis. non corruptio. sed homo iam spitalis
totus effectus in dm̄ in spm̄ qui sps laudare non
desinat. Qui nobis praestare dignetur. ut in hoc
sclo factores legis effecti in huius uitae agone
probati et fideles inuenti spitalibus ditari fruc
tibus his mereamur adiungi concinnentibus;
Ipsi gloria & imperium aeterno patre et spu scō
et in cuncta saecula sclorum. amen.

EXPL. TRACTATUS PSALMORUM SCI HIERONIMI PBRI. NUMERO CL.

G. H. HOFBIBLIOTHEK KARLSRUHE

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg